



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Altitudo gloriæ quam beatissima Virgo Deipara in sua Assumptione est
evecta, Cap. 6

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

in te Advocata nostra virgine Maria largā gratia effusionem in omnes, qui ad te se conuertunt, qua es sole speciosior, & emissione gratiarum fecundior. Tua ergo spes, Virgo Maria, in corporis castitate, in conscientia puritate, in exteriori conversatione, & in diuinorum contemplatione consistit. Munda igitur cor meum immundum, & inquinatum, o piissima Virgo Maria, & tuis precibus mihi obtine spes spirituales, per quam in seruitio tuo, & super benedicti filii tui placeam tibi in vitam sempiternam. Amen hac vique Idiota.

Ex his omnibus, quæ hactenus hoc capite differuimus aliqua ex parte conijcere licebit, altissimam dignitatem, quam Virgo in sua Anuntiatione cum filium Dei cōcepit est assecuta.

ALTITUDO GLORIÆ, AD quam Beat. Virg. Deipara in sua Assumptione est euecta.

CAPVT VI.

SVMMA RIVM.

Deipara super omnes sanctos chorum facit separatum. num. 4.

Deipara magno excessu omnes sanctos superat in gloria. num. 7.

Deipara plus gratia, & gloria ipsa una obtinuit quam reliqui Sancti, & Angeli simul. num. 11.

AM vero in eius gloriosa Assumptione quis explicare queat præcellsum gloriæ gradum supra omnes puras creaturas, ad quæ Virgo sanctissima est prouecta? Quis illas inquit Bernardus, astimes gemmas? quis stellas nominet, quibus Maria regium diadema compactum est? & ser. 1. de assumpt. Nec in terris locus dignior vteri virginis templo, in quo solum Dei Maria suscepit: nec in caelis regali solio, in quo Mariam hodie Maria solum sublimauit. Et mox. Quis cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium prodierit legionum multitudo, quibus ad thronum gloria canticum sit deducta, quam placidum, quam serena facie, quam diuinis amplexibus suscepta a filio, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tantam Mater digna fuit; cum ea gloria, qua tantum de-

cuit filium: & iterum: Christi generationem, & Maria assumptionem quis enarrabis? quantum enim gratia in terris, tantum & in caelis obtinet gloria singularis: quod si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua præparauit Deus diligentibus se, quod præparauit gentibus se: & (quod omnibus est certum) diligentibus pra omnibus quis loquatur? hæc S. Bernardus.

Et S. Bernardus tom. 3. serm. 1. art. 1. cap. 1. agens de sanctitatis eminentia supra Angelos, & Virgines, quam Deipara adhuc viuens est adeptæ, illud Genes. 7. Multiplicata sunt aqua, & eleuauerunt Arcam in sublimem à terra, B. Virgini accommodat: Multiplicatio, inquit, aquarum in Arca denotat gratiarum plenitudinem in Maria, qua eleuauerunt Arcam, in qua saluatum est uniuersum semen generationis electa in sublimem à terra; id est, ab omni terrenitate, & amore infæcto; dixit autem (in sublimem) quia ad hanc puritatem, & munditiam nulla pura creatura ascendit, nec Angeli, nec Virgines: nam Angeli habent munditiam tantum in mente, Virgines mente, & carne: sed gloriosa Virgo Maria cum quadam vtriusque perfectione super omnem creaturam est eleuata in sublimem hæc S. Bernardus. Ex magnitudine porro gratiæ magnitudinem gloriæ rectè colligimus: sanè S. Elisabeth post ingentia, & innumerabilia dona Virgini in Verbi Incarnatione collata, quando vera Dei genitrix est effecta, quorum aliqua superiori capite pro tenui nostra facultate attingimus; adhuc alia nec communia, nec vulgaria, vt ex verbis, & modo ipso dicendi constat, eidem diuinitus conferenda prædixit: siquidem Spiritu sancto repleta exclamauit voce magna, & inter alia ei dixit: Beata qua credidisti, quoniam perseverauerit ea, qua dicta sunt tibi à Domino. quæ in eius saltem assumptione magna ex parte cōpleta esse nemo est, qui abingat. Verum, vt ad capita quadam hæc reuocemus; ostendam primò Beatissimam Virginem omnes, siue Angelos, siue Sanctos in gloriæ beatitudine excedere: secundò eam in celo chorum per se separatam super omnes constituturæ. tertio gloriæ eius magnitudinem esse immonsam, quatio denique ipsam vnā plus gloriæ assecutam, quàm omnes simul Sanctos, & Angelos. Ex quibus omnibus perspicuè apparebit huius diuini Throni sublimitas inestimabilis.

2 Et quod attinet ad primum de fide est sanctissimam Virginem Deiparam Beatitudinis.

S. Bernardus diuina.

Genes. 7. B. Virgo per Arcam Noe figurata, eleuatur à multitudine gratiarum qua per aquas significatur

Luc. 8.

Virginis gloria superat gratiam Sancti, & Angelorum omnium.

Virginitas gloria in Assumptione nobis inexplenabilis, Bernard.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

- dijs, ac gloriæ perfectione omnes Angelos, & Sanctos superare: & quoniam, ut docent Theologi, gloriæ magnitudo respondet gratiæ, hinc inferitur, gratiæ intentione omnibus fuisse superiores: unde Bernard. loco citato: *Quantum gratia in terris adeptæ est præceteris, tantum obtinuit in cælo gloriæ singularis.* Probat, id quod diximus ex consensu Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum afferentium Virginem in cælo dignissimo præ omnibus locis ad dexteram filij collocatam, *Quod, inquit S. Bernardus tom. 3. serm. 11. artic. 2. mysticè figuratum fuit 3. Reg. 2. ubi scriptum est: Quod surrexit Rex Salomon in occursum matris suæ, & adoravit eam, & sedit super thronum suam, post usq; est thronus matris Regis, quæ sedit ad dexteram eius: ubi contemplare mirificam oblationem, quia surrexit Salomon in occursum matris suæ; mirificam adorationem, quia adoravit eam: Altissimam sublimationem, quia postius est thronus matris Regis, immediatissimam consuetudinem quia sedit ad dexteram eius. Surrexit igitur gloriosus Iesus in occursum suæ dulcissimæ matris. hactenus S. Bernardus hoc ipsum adumbratum est in Esther, quam Assuerus Ethier 2. adamat plusquam omnes mulieres, & posuit diademata Regni in capite eius, quod de B. Virgine explicat Bonaventura in speculo B. Virg. cap. 5. & S. Bernardus loco citato cap. 2. de quo fufius cap. 12. dicemus. Hoc David Psal. 44. prædixit illis verbis. *Assit Regina à dextris tuis in vestibus deaurato circumlata varietate.* quod explicans S. Bernardus tom. 3. serm. 11. art. 3. *Nem sicut, inquit, benedictus Iesus sedet à dextris Patris, id est in potioribus bonis paternis; sic ista Virgo gloriosa in potioribus bonis filij sui Iesu iuxta ipsum in throno sublimata consedit.* ita S. Bernardus. Eundem Psalmi verticillum de gloria Virginis intelligunt Athanasius Georg. serm. de Deiparæ, Georgius Nicomed. orat. de obiit. Deiparæ, Petrus Damianus serm. de Assumpt. & Ildefonsus serm. 1. & 2. de Assumpt. Hinc voces illæ Ecclesiæ. *Exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cælestia Regna. Maria Virgo assumpta est ad athercum thalamum, in quo Rex regum thronato sedet solio.* & Prouerb. 31. post multa præconia illius mulieris fortis, quæ B. Virginem adumbrant, adicitur *Sulra filia congregauerunt diuitias, Tu supergressa es vniuersas.* & Ecclesiæ 24. vana metaphora, quæ Ecclesiæ Virgini in eiuudem missa, & officio accom-*
- modat, idem significatur, cum ex persona Deiparæ sic dicitur: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in caues, & quasi plantatio rosa in Iericho, quasi oïna speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis.* Harum enim arborum comparatio in Deiparæ præ reliquis omnibus Angelis, ac Sanctis sublimitas, atq; exaltatio, quam in cælo est. Osecuta, merito adumbratur: quippe quæ suis virtutibus, atq; proprietatibus, Deiparæ præstantiam aliqua ex parte exprimit, & ut de singulis aliquid dicamus.
- Cedrus arbor enodis, suo odore serpentes fugat, liquore autem incorruptionem à verminibus tribuit, atque in miram proceritatem attingit: nam & in Cypro Insula, nedum in monte Libano ad centum triginta pedum altitudinem assurgere, crassitudinis vero ad trium hominum complexum, testatur Plinius libro 16. capite 40. Ita Deipara abique vli peccati nodo, vel carnis rebellionis fur; cuius memoria & pia invocatio ab hominibus qui ad eam confluunt, tartareos serpentes expellit, & à peccati putredine tuerur, ac feruat, atque in immensam meritum altitudinem, & magnitudinem excreuit: Dicitur porro exaltata in Libano, hoc est in Christi meritibus; ascendit enim ut habetur Cantic. 8. *enixa super dilectum suum:* Libanus enim candidum sonat: at Christus Sapientiæ 7. *Candor est lucis æterna.*
- Cyprius arbor item proceræ, & odorifera sanctitatis Deiparæ sublimitatem nobis proponit; quæ suæ conversationis exemplo suauitatem odoris circumquaque effundens omnes mirificè recreat, atque oblectat. Dicitur autem (in monte Sion) quod speculum sonat ex qua tanquam ex loco editissimo Virgo Beata longè, lateque omnia speculatur, atque perspicit.
- Palma victoriæ symbolum, sublimis, recta & inflexibilis, nullo curuescit pondere, quin etiam, quanto maiori premitur onere, tantò magis in altum obnititur, dactylos miræ duccedens, ac suauitatis fructum affert, his omnibus, & Deiparæ victoria significatur, quam, ut capite 22 & sequentibus dicemus, de venenato dracone multipliciter reportauit, & quia hæc palma in Cades (quod sanctitate sonat) exaltata dicitur, editissimæ sanctitatis eius. culmen nobis ob oculos ponit, ut pro-

B. Virg
cur Leon
assimila
tur.

Eccles. 24

Plinius

Cantic. 8
Sapient. 7Deipara
assimila
tur Cypr
so.

Palma

Cap. 22

ut pro-

Cant. 7. *vt propterea Cant. 7. ei dicitur: Statura tua assimilata est palma; inuictissimam etiam eiusdem constantiam indicat, quæ nullo tentationum, vel tribulationum, quas in filij vita, & passione ingentes, atque innumeras pertulit, incuruata est. quin etiam, iuxta illud Apostoli ad Rom. 5. Tribulatio in ea patientiam operabatur: Christum denique fructum ventris sui suauissimum, ac vtilissimum mundo edidit.*

Deipara cur rosa assimilatur. Plantatio rosæ, quæ quamuis inter spinas, florum ramen est pulcherrima, & in Iericho (quod lunam sonat) in maiorem assurgit magnitudinem, ibique rosas odoratas affectu gratiores, candore, & robore insignes, Deiparæ in hoc mundo (qui per lunam inconstantem significatur) & inter spinas hominum peccatorum degentis pulcherrimam eius præ omnibus venustatem, dignitatis item & gratiæ suauolentiam cum puritate vitæ, charitatis ardore, morum quæ suauitate coniunctam nobis exhibet. Damascenus orat. 1. de Natiu. Deiparam alloquens: *O Rosa, inquit, quæ ex spinis hoc est Iudæis, orta es, ac diuina fragrantia cuncta perfudisti. Ad hæc sicuti Ius lenitatis est signum Gen. 9. ita & rosa hyemis inclementiâ, atque asperitate depulsâ, & commutatâ temporum serie in vere quasi lætitiæ prænançia enascitur, & novam mundi temperiem è cælo aduenisse indicat; sic & Deiparæ mysticæ rosæ ortus Christum iustitiæ solem prope diem in eius utero incarnandum, qui peccati frigore expulso, suo calore omnes ad germinandum foueret, indicabat: vt, merito Deiparæ illud Eccles. 50. aptetur: Quasi arceus effulgens inter nebulas gloria, & quasi flos rosarum in diebus vernis.* Præterea auctore Hieronymo in 1061 3. & Epistola ad Deme-

Damasc. *triamdem, sicuti lilium signum est castitatis, ita rosa pudoris, ac vetecundiæ virginalis, quem admodum in mulieribus commendat Nazianzenus oratione de laudibus Gorgoniæ, & Columella lib. 10. Rosam florem pudicitæ plenam appellat: merito igitur Deipara virginali pudore insignita rosæ assimilatur.*

Eccl. 50. *Quasi arceus effulgens inter nebulas gloria, & quasi flos rosarum in diebus vernis.* Præterea auctore Hieronymo in 1061 3. & Epistola ad Deme-

Oliua. *Oliua misericordiæ typus, eaque in campis posita, sanctissimæ Virginis celsissimam misericordiam in campis, hoc est omnibus, expositam ostendit, cuius symboli explicationem cap. 16. fultius persequemur, vbi de Virginis misericordia erit sermo.*

Platanus. *Platanus iuxta aquas exaltata semper est*

virens latissimè patulis diffusa ramis, vnde & nomen inuenit: πλάτος enim latum significat, vmbra suâ refrigerium à solis æstu viatoribus præstat in plateis, hoc est in viis latis, ubi maior est vmbre necessitas, ex quo facile ostenditur quantum spei, atque perfugij in sanctissimæ Virginis vmbra, atque præsidio temper virenti, ex proxima, & vberissima diuinæ gratiæ aqua, nobis sit ponendum, siue cum à nostro formis ardore, atque tentationibus verge-mur, siue cum ab ira præpotentis, Dei qui est sol iustitiæ, pro peccatis nostris iustè affligimur.

3. Hanc Deiparæ super reliquos Sanctos præstantiam indicat corona præcellentissima Virginis ex stellis confecta; aliqui enim Sancti lapidibus coronantur pretiosis, iuxta illud Psal. 20. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*: at Virginis corona dicitur ex stellis compacta Apoc. 12. *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* Mulierem porro illam sole amictam, atque cororâ stellarum duodecim redimitam Virginem significat ex sanctorum Patrum auctoritate, saltem in sensu mystico, & allegorico, dicemus c. 31. quæ ergo stella magis fulget quolibet lapide pretioso, tantò gloria Virginis aliorum sanctorum gloriam excedit, atque superat. Hanc Deiparæ gloriam, qua omnes cælitæ longo interuallo antecellit, pleno ore omnes Sancti docent; aliquos afferendos duxi.

S. Iacobus in Liturgia: *Dignum est, inquit, vt te verè beatam dicamus Deiparam honorabilior, quam Cherubim, & gloriosior, quam Seraphim, quæ sine corruptione Deum peperisti.* S. Ephrem oratione de laudibus Virg. *Inmemorata, inquit, Deipara Regina omnium, sublimior cælicolis, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & nulla comparatione ceteris omnibus superis exercitiis gloriosior.* Nazianzenus in Tragoedia de Christo patiente, sic cum Deipara loquitur.

*— o puella gratia
Æquanda nullis, Mater, & Virgo supra
Omnes decora virgines, & maxima,
Qua sola vincis cœlitum omnes ordines.*
Epiphanius orat. de laud. Virg. Mariam dicit sublimiorem Angelis esse factam, adeoque ab ipsis Angelis adorari, & solo Deo excepto cunctis superiorem existere. Idem Andreas Cretensis orat. de dorm. Virg. Ildesonus Ildesonus serm. 3. de Assumpt. admirationem illam Angelorum

*Virginis :
corona è
stellis præ-
tiosior,
quam san-
ctorum la-
pillis.
Psal. 20.
Apoc. 12.*

Cap. 31.

S. Iacob.

S. Ephr.

*Deipara
super om-
nes Ange-
lorum cho-
ros exal-
tata.*

Nazianz.

Epiphani.

And. Cre.

Ildesonus

serm. 3.

Angelorum

gelorum in Canticis: *Qua est ista, qua ascendit per desertum sicut virgula sumi ex aromatibus myrris & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarum dicit profectam non de virginitate sola, quæ fuit singularis in Maria, sed de immentitate gratiæ, quia uniuersæ virtutes in ea resperebant ex incendio diuini amoris suauitatem odoris: Et beate, inquit, in modum virgula sumi ex aromatibus, quia facta est rosa in hoc ostium Dei, odorameta de se spargens usque ad cælos, non qualiacunque, sed uniuersi pulueris pigmentarij. hæc ex Ildesonso. Quæ eadem fere ad verbum habentur in Sophronio inter opera Hieronymi sermo de Assumptio Chrysofotomus in sermone, qui legitur infra octauam Natiuitatis Virginis de ea agens: *Quidnam, inquit, illa sanctius: non Propheta; non Apostoli; non Martyres; non Patriarchæ; non Angeli; non Throni; non Dominationes; non Seraphim; non Cherubim; non denique aliud quicquam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles manus, aut excellentius inueniri potest: eadem Adilla Dei est, & Mater: eadem Virgo, & Mater: vis ma cogno, care quanto Virgo hæc præstantior sit cælestibus potentijs: illa cum timore, & tremore assistunt faciem velantes suam: hæc humanum genus illi offert, quam genuit, sic Chrysofotomus. Basilii Seleucis Episcopus oratione in Deiparæ Annunciationem de ea agens: *Qua dona, inquit, offeremus ipsi non indignat quippe qua tanta sit, ut uniuersa, qua mundi ambitu continentur cum illius dignitate comparari non valeant: Si enim Apostolus Paulus de alio Sancto verè asseruit, quibus dignus non erat mundus: quid de Dea parente Virgine cogitare nos par est, qua uniuersos martyres suo splendore tantum excedit, quantum sol reliqua astra. Damascenus oratione 2. de dorm. Virg. agens de ea: *Videtur mihi videre hanc sanctis sanctiorem, & sacris factissorem, & pijs magis piam: dulcem manna urnam, aut (ut verius dicam) fontem super aliquem lectum recumbentem in aruina, & inclita Civitate Davidis, & iterum: Omnes, inquit, res creatas superat, omnibus dominatur operibus super cælos cælorum: excollitur incomparabiliter. Anselmus de excell. Virg. capit. 4. *Tota, inquit, christianitas nouit, qua illam super omnes cælos exaltatam, & angelicis choris prælatam certissime credit. & capit. 8. Deus, inquit, eam cuncta secum creaturæ perennitate dominaturam in throno gloria sua collocavit. Bernardus sermone signū magnū: *Hæc, inquit, super omnes Angelorum******

choros, super Cherubim quoque, ac Seraphim exaltatam nefas est dubitare. & sermone 1. super missus est: *Nonne tuo, imò veritate iudicio, illa qua Deum habuit filium super omnes etiam choros exaltabitur Angelorum? Guericus sermone de Assumpt. ex persona Christi ad Virginem. *Nullus, inquit, mihi plus ministrans in humilitate mea, nulli abundantius administrare volo in gloria mea: nec satis glorificatus uiuor, donec tu glorificeris. Rupertus libro 3. in Cantico. 4. *Veni, inquit, coronaberis: ita coronaberis, ut in Cælo Regina Sanctorum, & in terris Regina sis reguorum. S. Bernardus tom. 3. sermone 11. artic. 2. cap. 3. de Assumptio. Virginis agens: *Tota, inquit, Trinitas uniuersa, & concordis voluntate hanc inestimabilem Virginem ostendit esse suam sponsam incommunicabilis charitatis Cæli Reginam inattingibilis dignitatis: mundi Dominam imparcipabilis potestatis: electorum omnium genitricem piam inefficabilis pietatis: omnium Dei hostium conculcatricem triumphantissimam insuperabilis strenuitatis: omnium cælestium thesaurorum dispensatricem largissimam pro sua complacencia voluntatis. hæc S. Bernardus.****

DEIPARA SVPER OMNES SANCTOS
chorum facit separatum.

4. **Q**uod verò spectat ad secundum, Deipara Deipara iam licet super omnes euectam, per super omnes chorum facere ab alijs distinctum, manentes Sancti fit ex Patribus habetur: quamuis enim Sancti chorum in pro meritorum varietate ad diuersos Angelorum choros assumantur; Beatissima tamen Virgo quoniam dignitatem obtinet altioris ordinis, & statum seruorum excedit; ideo supra omnes incomparabiliter est collocata, & per se chorum facit seorsum & ab alijs Sanctis, & Angelis distinctum, & docent Theologi; & Angelorum, ac Sanctorum Domina, ac Regina verè prædicatur: ideo 1. Corint. 15. 1. Cor. 15. Apostolus agens de diuersitate gloriæ eorum, qui sunt in cælo: *Alia, inquit, claritas solis, quod Christo, alia claritas luna, quod Deipara, & alia claritas stellarum, quod reliquis Sanctis accommodare possumus, & ut omittam claritatem Christi solis iustitiæ, & lunæ claritate Eccles. Eccl. 43. sic habetur: *Vas, inquit, castrorum in excelso in firmamento cæli resplendens gloriæ: qua autem proportione luna stellarum lumen superat, nec aliqua ex illis ei comparari potest, ea Vir-**

Sophron.
Chrysof.

Basilii
Seleucis
Episcopus,

Hebr. 11.

Damasc.

Anselm.

Bernard.

ea Virgo incomparabiliter aliorum Sancto-
rum gloriam excedit: quin etiam Virgo san-
ctissima non tantum lunæ, sed etiam soli al-
similatur: etenim Cant. 6. dicitur *electa ut sol*,
qui sicut similem non habet, ita nec similem
habet Deipara, neque est habitura, ideo separa-
tum chorum facit.

Damasce. Damascenus orat. 1. de dorm. Virg. *Dei ma-*
tris, inquit, & *seruorum Dei infinitum est discrim-*
men: sic Damascenus: tantò melior Angelis
effecta, quantò differentius præ illis nomen
hæreditauit; sicut enim Pater æternus nulli
Angelorum, sed soli Christo dicit, *Filius meus*
es tu, ego hodie genui te: ita sola Virgo inter cre-
aturas hæc venissimè eidem Christo dicit, *Fili-*
us meus es tu, ego genui te.

S. Bernard. Ideo S. Bernardinus tom. 3. ser. 3. de glor.
nom. Mariæ art. 2. c. 1. *Certudinaliter*, inquit,
tenendum est, quod ipsa sit supra omnem puram
creaturam in gloria exaltata, tamquam per se
implens, & continens unum integrum, ac tota-
lem statum: cui secundum rectam rationem alte-
ra persona congruè non potest addi, quia nullatenus
hæcet filium Dei, nisi unam solam naturalem
matrem habere, sed ratio naturalis ex gratuita
lege dicitur, quod mater Regis omnium est in sede
regia super omnes ministrorum ordines collocan-
da: ita S. Bernardinus. idem habet sermo. 11.
art. 2. cap. 2. Fulbertus Carnotensis Episco-
pus ad Virginem; *Tu in cælestibus*, inquit, *Re-*
gnis prælata es cunctis virginum choris, Tu in illa
beatorum felicissima regia primi ordinis dignita-
tem adeptæ, & post pauca, Te ipse Rex Regum,
ut matrem veram, & decoram sponsam præ o-
mnibus dil. gens amoris amplexu sibi associat.

S. Antonin. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 20. §. 15. dicit Vir-
ginem esse exaltatam super omnem puram
creaturam in quarta hierarchia, & ex Alberto
affert aliquas rationes ad hoc probandum,
Plus enim, inquit, *distat Virgo à Seraphim in di-*
gnitate, & gloria quam Seraphim à Cherubim,
sed Seraphim per excellentiam dignitatis ordi-
nem habet superiorem ad Cherubim, ergo Virgo
erit super hierarchiam Angelorum. Item plus im-
proportionabiliter differt Dominus à seruo, quam
seruus à seruo, sed omnes Angeli sunt administra-
torii spiritus, id est serui, & tamen inter eos diuer-
si ordines sunt, sed B. Virgo est Domina Angelo-
rum, ergo & improportionabiliter est supra Sera-
phim, & supra omnem hierarchiam Angelorum
exaltata hæc S. Antoninus ex Alberto Ma-
gno. Gerson tract. 4. super Magnificat, Vir-

Virgo. Gerson tract. 4. super Magnificat, Vir-

go, inquit, *sola constituit hierarchiam secundam*
sub Deo Trino, & uno, Hierarchia primo, &
summo, apud quem Hierarchiam humanitas filii
sola sublimata sedet à dextris virtutis Dei per
unitatem suppositi. Idem docet Gabriel Biel
serm. 27. qui est de Assumptione.

Hæc porro Deiparæ super omnes tum San-
ctorum ordines, tum etiam Angelorum cho-
ros exaltatio, qua chorum ab iis facit separa-
tum, colligi potest ex modo diuerso ab a-
liis, quo Deipara ex hoc deserto subuecta es-
se scribitur ad suum in cælo thronum, ete-
nim Cant. 8. ascendisse dicitur *innixa super*
dilectum suum, Elias namque 4. Reg. 2. curru
igneo, & equis igneis subleuatus est, quoniam eo
saptu elementarem regionem transgressurus
minimè erat, sed, ut verbis utar Gregorii

Gregorius
homil. 29. in Euangelia, *In cælum æreum su-*
bleuatus est, ut in secretam quandam terra regio-
nem repente duceretur, ubi in magna iam car-
nis, & spiritus quiete viueret, quousque ad finē
mundi redeat, & mortis debitum solui. Lazarus
verò quondam mendicus Luc. 16. quoniam
in beatitudine post Christi passionem inter
Angelos locum habiturus erat, ab ipsi-
smet Angelis, veluti curru altioris ordinis,
quàm erat Eliæ currus, portatur in sinum
Abrahæ, qui erat tunc Limbus Patrum; in
quo animæ sanctorum detinabantur, donec
Christus in sanguine testamenti sui emitte-
ret eas de lacu, in quo non erat aqua. At ve-
rò Virgo beatissima, ut verbis utar Leonis

Leo.
sermo. 11. de Ascensione, quamuis alio spe-
ctantis, quia super omnium creaturarum cæ-
lestium dignitatem euehenda, supergressu-
ra angelicos ordines, & ultra Archangelo-
rum a titudines eleuanda; nec vllis sublimi-
tatibus modum suæ prouectionis habitura,
nisi ad *atherum thalamum*, ut canit Eccl. 12.
in quo Rex regum stellato sedet solio, assumpta,
ad dexteram filii collocaretur; idcirco subli-
miori virtute, quæ Angelos excedit, subuehi-
tur, Et *deliciis affluens ascendit innixa super*
dilectum suum.

5. Hæc eadem Deiparæ super omnes An-
gelos, & Sanctos exaltatio non obscure præ-
significata videtur in eiusdem Præsentatio-
ne, cum primum à parentibus in templum
adducta, Deoque solemniter ex voto obla-
ta, atque consecrata est, tunc enim quinde-
cim templi gradus, ad quos quindecim illi
Psalmi Cantici graduum spectabant, non

Beate Vir-
omnium
Sanctorū
gloriam
supergressa.
L
sine

Hierony. sine mysterio ascendit, de quo Hieronymus in lib. de ortu, seu Natiuit. B. Mariæ, sic scribit: Cum trium annorum circulus volueretur, & ablactationis tempus completum esset, ad templum Domini Virginem eius parentes cum oblationibus adduxerunt: erant circa templum iuxta quindecim graduum Psalmos, quindecim ascensionis gradus: in horum atque vno B. Virginem Mariam paruulam parentes constituerunt, cumq; ipsi vestimenta, qua in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus, ex mora, vestibus se, & Maudioribus induerent, Virgo Domini sanctos singillatim gradus sine ducentis, & leuantia manibus ascendit, ut perfectæ aetati in hac duntaxat causa nihil deesse putaret. Iam quippe Dominus in Virginis sua infantia magnum quid operabatur, & quanta futurus esset, huius miraculi indicio pramonstrabat. hæc Hieronymus. Quindecim enim illi gradus templi ex S. Antonino 4. part. tit. 15. cap. 6 § 2. quindecim beatorum status in templo cælestis gloriæ infra Deum significabant, Nouem videlicet Angelorum ordines, & sex Sanctorum gradus, Patriarcharum scilicet, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum; quorum omnium perfectionem eam transgressuram hoc quindecim graduum ascensu demonstratum est, quemadmodum animadvertit S. Antonin. loc. cit. & S. Vincentius ser. 1. & 2. de Natiuit. B. Mariæ, & alii, & in huius rei confirmationem S. Vincentius. & S. Antoninus citant illud Prover. 31. *Multa filia congregauerunt diuicias (virtutum scilicet dignitates) sed in. o. Virgo beata, supergressa es vniuersas.* Quod si de eius super sex Sanctorum ordines sublimatione loquamur, rectè de hoc illud Eccl. 34. ex persona Deiparæ (quod eidem ab Ecclesia in Missa, & officio accommodatur) intelligi potest. *Et in plenitudine, inquit, Sanctorum detentio mea: Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion: Quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi Plantatio rosa in Iericho. Quasi Oliua speciosa in campis, & quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis.* quibus verbis indicat Virgo sanctissima, quicquid præclari in aliis Sanctis est sparsum, in se plenissimè, cumulatissimeq; inueniri collectum; de quo egregiè Bernardus in illa verba: *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Meritò, inquit, in plenitudine sanctorum detentio eius, cui nos fides defuit Patriarcharum,*

nec spiritus Prophetarum, nec zelus Apostolorum, nec constantia Martyrum, nec sobrietas Confessorum, nec castitas Virginum, nec fecunditas Coniugatorum, nec puritas Angelorum. hæc ille. ideoque statim ducta similitudine ex illis sex arboribus, quæ ibi subnectuntur, & in suis quæque locis propter earum, siue proceritatem, siue vtilitatem, siue suauitatem, siue pulchritudinem peculiariter celebrantur, quomodo ipsa in cælesti Ierusalem exaltata, sex Sanctorum ordines sic supergressa demonstrat, verùm quomodo his arboribus Deiparæ præstantia exprimat, supra exposuimus, quæ verò ratione iidem sex arborum generibus, eiusdem exaltatio supra sex ordines Sanctorum indicetur; singillatim quamuis diuerso modo piè accommodant S. Antoninus 3. part. tit. 3. cap. 3. & Iacobus de Voragine serm. 6. de Assump.

6. Quod autem spectat ad eiusdem Deiparæ super Angelos exaltationem, nemini mirum esse debet si Virgo sanctissima omnium Angelorum ordines multis gradibus transcendit. Cæteri namque sancti pro meritum varietate, ut diximus, ad diuersos Angelorum choros efferuntur: At vero sanctissima Virgo cum omnes Angelicorum ordinum proprietates, & officia maiori cum charitatis excellentia ipsa vna obtineat, omnibus Angelorum deliciis, & prærogatiuis vberissimè affluens (quod S. Antoninus loco citato cap. 2. pluribus ex Alberti doctrina egregiè persequitur) & præterea actum aliquem præstantissimum, suoque modo Deo quam simillimum; & ut Alberti verbis utar, Deiformem habuerit. propterea non tantum ad Angelorum ordines ascendit, verùm etiam super omnes illorum choros incomparabiliter est euecta, sic, ut chorum ipsa perfecte distinctum efficiat. Atque ut id, quod probandum suscepimus planius fiat; dicam breui de singulorum ordinum officis, atque excellentia, ut cum analogia quadam nobiliori modo ea in Virgine reperiri ostenderimus, tandem ad actum illum, quo Angelos longè excedit, deueniamus.

Et primò quidem Angelorum munus Angeli est homines custodire, sic tamen, ut singuli Angeli singulos homines custodiant, ac tueantur: At v. o. sanctissima Virgo cum omnium communis sit Domina, & mater, ad quam suorum seruatorum, & filiorum cura

S. Antoninus.
Iacobus de Voragine.

Virgo sanctissima omnium et ordinum Angelicorum proprietates excellentius in se habet. S. Antoninus. Albertus Maganus.

pertinet, custodit, vt rectè ait S. Antoninus, vniuersaliter singulos, & singulariter vniuersos.

Archang. Secundò, Archangeli ciuitatibus præstant: At virgo sanctissima omnes vbiq; ciuitates, omnesq; Ecclesias tutatur, atque defendit;

Cant. 1. vt non immeritò ipsa de se dicat Cant. 1. *Posuerunt me custodè in vniuersis* id est ecclesiis, nullaq; vrbis est, quæ tot magnificentissimis templis in tantæ patronæ honorem excitatis sese sub eiusdem Virginis patrocinio, fideq; esse non profiteatur, ac prædicet.

Principatus. Tertio, Principatus Prouincis, & Regnis præficiuntur, sed Virgo regna omnia, & ipsam vniuersalem Ecclesiam suo præsidio complectitur, & tutatur. Quare luna, quæ ex

Gregor. Bernard. Gregorio hom. 29. in Evangelia, & Bernardo serm. signum magnum, propter lumen à Christo sole iustitiæ acceptum Ecclesiam significat, à S. Ioanne Apoc. 12. sub Virginis pedibus, id est patrocinio, conspicitur, ideoq; periclitanti mundo sæpè visa est suis

Apoc. 12. precibus succurrere, vt capit. 16. vberius dicemus, cum de eius misericordia differemus, & capit. 30. cum eam Aduocatam omnium ostendemus.

Cap. 16. Quarto, Potestates ex secunda hierarchia dæmones coercent; quod singulariter B. Virgo præstat, ideo Ecclesia sic eam precatur, *Tu nos ab hoste protege*, ipsa enim tartarei serpentis caput contriuit Gen. 3. quod cap. 22. & seqq. ostendemus. *Hæc enim virga*, (quæ Virginem significat) percussus, vt dicitur Isa. 30. *pauebit Assur*, id est dæmon, eamq; ita venterentur; ac timent dæmones, ex reuelatione eiusdem Virginis apud S. Briggittam lib. 1. reuelationum cap. 9. vt eius audito nomine statim animam, quæ eorum vnguibus astricta tenebatur, relinquunt, verum nisi aliqua sequatur emendatio, quasi sagitta velocissima reuertuntur ad eam, & lib. 6. earundem reuelationum S. Briggittæ cap. 21. Christus Dominus præclara dixisse scribitur de Virginis virtute supra dæmones.

Boisfates Quintò, Virtutes, quæ sunt quintus Angelorum ordo, miracula supra naturam operantur, At B. Virgo *miraculorum abyssus*, & *officina* dicitur, præsertim à Damasceno orat. 1. de Natiuit. quod cap. 20. multis exemplis ostendemus, & cap. 30. magis perspicuum fiet, omnibus enim in locis, in omnibus temporibus, ac penitus, & in quibuslibet morbis

Cap. 22. opitulatur, tanquam vniuersalis omnium patrona, eiusque templa, vbiq; miraculorum gloria illustrantur, & in dies noua eriguntur, vt de ea dici possit illud Iob. 29. *Gloria mea Iob. 29. semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.*

Cap. 30. Sextò, dominationes præcipiunt de agendis, sed B. Virgo mater Dei verè est Domina mundi, & Angelorum Regina, ut capite præcedenti plenius demonstrauimus, imò ipsum nomen, Maria, Syriacè Dominam sonat.

Cap. 2. Septimò, Throni, qui & sedes Dei dicuntur, sunt ex prima hierarchia, in quibus Deus familiariter inhabitat, At Virginem sanctissimam præ omnibus Angelis Dei thronum dici, in qua peculiari ratione Deus inhabitauit, toto hoc opere probamus. Quæ tamen de hoc sancti Patres dicant, & quibus figuris ipsa in Dei throno adumbretur, vide quæ peculiariter dicta sunt cap. 2.

Cap. 2. Octauò, Cherubim, plenitudinem scientiæ sonant, At in Virginis utero Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei Coloff. 2. requieuit, & Deum, quem ne ipsi quidem Seraphim propter emicantem inde splendorem liberè intueri audent, sed alis faciem obducunt, vt ex Isaiâ adnotauit Chrysostomus homil. 60. ad populum Antiochenum, ipsa Virgo familiariter in se excepit, & cum eo agit, & quis dubitat Deiparæ oculum ad diuina perspicienda longè clariorem esse ipsis Cherubim, & Seraphim? Quare Bernardus sermo. signum magnum, propterea sole vestitari dicit vult, *Quoniam*, inquit, *diuina sapientia, ultra quam credi potest, penetravit abyssum, vt quantum sine personali unione creatura condito patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa.* Rupert. in illud Cant. 1. *Introduxit me Rex in cellaria sua, ex persona Virginis, Et que sunt, inquit, illa cellaria Regis Dei? Nimirum sacra mysteria quacumq; continentur in scripturis sanctis. Nihil enim à me abscondit, sed omni dulcedine sua me inebriauit. Qui enim verbum suum quod erat, & est in corde suo mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit? Hæc Rupertus.*

Cap. 20. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia Cant. 5. amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 5. Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

opitulatur, tanquam vniuersalis omnium patrona, eiusque templa, vbiq; miraculorum gloria illustrantur, & in dies noua eriguntur, vt de ea dici possit illud Iob. 29. *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.*

Sextò, dominationes præcipiunt de agendis, sed B. Virgo mater Dei verè est Domina mundi, & Angelorum Regina, ut capite præcedenti plenius demonstrauimus, imò ipsum nomen, Maria, Syriacè Dominam sonat.

Septimò, Throni, qui & sedes Dei dicuntur, sunt ex prima hierarchia, in quibus Deus familiariter inhabitat, At Virginem sanctissimam præ omnibus Angelis Dei thronum dici, in qua peculiari ratione Deus inhabitauit, toto hoc opere probamus. Quæ tamen de hoc sancti Patres dicant, & quibus figuris ipsa in Dei throno adumbretur, vide quæ peculiariter dicta sunt cap. 2.

Octauò, Cherubim, plenitudinem scientiæ sonant, At in Virginis utero Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei Coloff. 2. requieuit, & Deum, quem ne ipsi quidem Seraphim propter emicantem inde splendorem liberè intueri audent, sed alis faciem obducunt, vt ex Isaiâ adnotauit Chrysostomus homil. 60. ad populum Antiochenum, ipsa Virgo familiariter in se excepit, & cum eo agit, & quis dubitat Deiparæ oculum ad diuina perspicienda longè clariorem esse ipsis Cherubim, & Seraphim? Quare Bernardus sermo. signum magnum, propterea sole vestitari dicit vult, *Quoniam*, inquit, *diuina sapientia, ultra quam credi potest, penetravit abyssum, vt quantum sine personali unione creatura condito patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa.* Rupert. in illud Cant. 1. *Introduxit me Rex in cellaria sua, ex persona Virginis, Et que sunt, inquit, illa cellaria Regis Dei? Nimirum sacra mysteria quacumq; continentur in scripturis sanctis. Nihil enim à me abscondit, sed omni dulcedine sua me inebriauit. Qui enim verbum suum quod erat, & est in corde suo mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit? Hæc Rupertus.*

Nonò, Seraphim ardentes, & charitate (quæ vinculum est perfectionis) incensi, ac iacentes merito dicuntur, sed Virgo sanctissima maiori charitate æstuat, vt iure ei aptetur illud Cant. 5. *Dicite dilecto meo, quia amore*

Cap. 32. hoc opere planum fiet: de Virginitatis enim eius Aureola cap. 32. & de Doctorum Aureola, quam habet cap. 39. plenius differemus: de martyrij verò aureola cap. 11. ostendemus eam in hoc genere consecutam esse aliquid veluti insigne suæ eximie fortitudinis, & charitatis, quod vel Aureola appellatur, ut multi loquuntur: vel aliquid Aureola eminentius, quod alij magis verè, ac propriè dici existimant.

Deipara fructum continentie centesimum, qui virginibus deputatur, est consecuta; qui ut cap. 32. ex Theologorum sententia dicemus, est præmium quoddam accidentale ab Autea, & Aureola distinctum, quatenus homo à carnali vita, ut loquitur S. Thom. in 4. p. distin. 49. q. 5. art. 2. in quandam vitam spiritualem per continentiam transit: ex quo colligere possumus præstantiam fructus centesimi supra alias Virgines in Deipara: quippe quæ propter suam eximiam puritatem, ac sanctitatem tota spiritus alius Virgibus multis spatiis antecedit, ad eò ut ipsa, Cælum, quod à terra, terrensque quàm maximè est separatum, mentè appelleretur, quemadmodum cap. 3. ostendimus.

Adhuc ratione maternitatis Dei, quæ omnium est Domina, atque Regina, ut fusè superiori capite sanctorum Patrum testimonijs ostendimus, existimat Suarez tom. 2. in 3. par. disput. 21. sect. 4. Deiparam habere in corpore singularem aliquem, & admirabilem splendorem, vel aliquid aliud, quod sit veluti insigne Regiæ dignitatis, & diuinæ maternitatis, ac principatus, & dominij in omnes Beatos. & hoc certè confirmatur ex doctrina Bonaventuræ in speculo cap. 6. ubi eleganter id probat ex figura Esther 2. de qua ibi sic legitur: *Ducta est itaque ad cubiculum Regis Assueri, & adamasit eam Rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam eorum eo super omnes mulieres: & posuit diademam Regni in capite eius. Ista Esther Regina Beata Virgo Maria ducta est (inquit Bonaventura) in cubiculum Regis aeterni in Assumptione in cubiculum quo eius aeterna gratiam veri Regis habens super omnes mulieres, id est super omnes intelligentias Angelicas, & super omnes beatas animas, ut sit in Maria gratia super gratiam omnium beatorum: nam re vera in capite eius Rex Regum diadema Regni posuit tam impræcabile, tam detestabile, tam mirabile, quod hoc omni lingua*

inenarrabile, omni ingenio inscrutabile est. hæc Bonaventura. Quo circa Methodius in hypantem docet sacrum Mariæ caput à Deo coronatum esse: de quo Rupertus libro 3 in Cantic. 4. de illa exponit: *Coronaberis de cubilibus Leonum, & montibus Pardorum: Coronaberis, inquit, ut in caelis Regina Sanctorum, & in terra Regina sis regnorum.*

DEIPARA MAGNO EXCESSU Omnes Sanctos superat in gloria.

Sed quærat quispiam, etiam si Deipara christum supra omnes Angelos, & Sanctos distinctum constituat, quoniam tamen excessu illos superat? quod erat tertium ex iis, quæ in hoc capite tractanda proposuimus. Respondet deo excessum esse maximum. & licet hoc colligi possit ex iis, quæ dicemus cap. 12. ubi multis rationibus Christo proximam eam esse in gloria ostendemus, nunc tamen immensitatem gloriæ eiusdem Virginis supra Angelos, & Sanctos sic demonstramus. Virgo in præfenti vita innumeris actibus meritorij ad incrementum gratiæ cumulum peruenit; siquidem in Conceptione acceperat gratiæ plenitudinem supra omnes Sanctos, & Angelos, ut cap. 4. probauimus: sed B. Virgo operabatur ex tota virtute gratiæ, & simul etiam auxilij, seu motionis diuinæ, & ex toto conatu, absque ullo somitis impedimento, ideo actum saltem æqualis intensiõis cum habitu gratiæ, ex qua proficiscebatur, eliciebat: sed actus amoris Dei elicitus à charitate sunt meritorij augmenti eiusdem charitatis, & per consequens gratiæ, & gloriæ secundum totam latitudinem graduum, ita ut si actus sit ut sex, mereatur sex gradus augmenti gratiæ, ergo gratia per hos actus fiebat saltem duplo maior. Hi verò actus in tota vita B. Virginis fuisse innumeri: siquidem omnibus, & singulis actibus humanis, quos in præfenti vita habuit post gratiam in immaculata Conceptione acceptam, meruit augmentum gratiæ, charitatis, & gloriæ, & habuit perfectissimos actus, tum vitæ contemplatiuæ, tum actiuæ, præsertim in obsequio erga Christi personam, eundem sequendo usque ad crucem, cui materno supra quam dici potest compatiebatur affectu: nec somno interrumpatur eius meritum, ut rectè S. Bernardinus tom. 2. serm. 21. art. 1. & tom. 3. sermo. 4. de B. Virg. artic. 1. cap. 2. & nos c. 21. ubi

Methodius.
Rupertus.
Cant. 4.

Virginis gloria quæ in gratia Sanctorum & Angelorum gloriam excelsat.
Cap. 12.

S. Bernardinus.



Cap. 21. ubi in omni actu meruisse ostendemus; ergo in
 immensum excreuit habitus gratiæ, cui nunc
 correspondet gloria, quæ est gratiæ consumma-
 mata. Accedit quod in Deipara beatissima ex
 diuino privilegio nulla unquam fuit ad bo-
 num faciendum difficultas, nulla ad malum
 procliuuitas; ac proinde ad omnem sancti Spi-
 ritus impulsu abique ulla contradictione
 celerimè agebatur: si enim ex Apostolo ad
 Roman. 8. *Quicumque spiritu Dei aguntur, ij
 sunt filij Dei.* & Ezech. 1. *Animalia illa, ubi
 erat impetus spiritus, illuc gradiabantur, & ibant,
 & reuertebantur in similitudinem fulguris co-
 ruscantis, cuius velocitatem mente vix assequi
 possumus; quanto magis de sanctissima Vir-
 gine id asserendum est; ut propterea Deipa-
 ram per Rotam illam cap. 1. Ezechielis ele-
 uatam, & volubilem à spiritu vitæ signifi-
 cam velit S. Bernardinus tom. 3. sermone 21.
 artic. 1. capit. 1. his verbis: *Secundo eleuata
 fuit B. Virgo per excellentiam conuersationis desi-
 gnatam in eleuatione Rosa, de qua Ezech. 1. scri-
 ptum est. Apparuit rota super terram iuxta ani-
 malia habens quatuor facies, & aspectus rota-
 rum, & opus earum quasi visio maris: & sequi-
 tur, Cum eleuarentur animalia de terra, eleua-
 bantur simul & rota: & additur, Spiritus enim
 vitæ erat in rotis. Per illa quatuor animalia my-
 stice doctrina Euangelica denotatur, per rotam
 verò illam, qua quatuor facies habet, Virgo beata
 merito indicatur, qua quatuor virtutes habet, se-
 cundum quas vita ætterna regitur, & omnimoda
 perfectione ad Euangelicam conformatur, &
 quoniam hæc virtutes licet uniantur in gratia,
 distinguuntur tamen in operatione sua, ideo plu-
 raliter dicit, quod rota illa eleuabatur, quia vir-
 tutes in ea fuerunt in summo perfectionis tam ad
 agendum, quam ad patiendum, & hoc in tanta
 incomprehensibilitate intellectus humano, ut me-
 ritò dicatur, quod aspectus rotarum, & opus ea-
 rum quasi visio maris: Nam inastimabiliter su-
 peraus omnem obedientiam, & actionem Mar-
 tyrum, & Confessorum, nam in omnibus fuit
 pondus difficultatis ad bonum, & pronis ad
 ipsum malum, in Virgine Beata nullum fuit omni-
 nò retardatum, proinde rota volubilis fuit se-
 cundum omnem Spiritus sancti nutum, huc ui-
 que S. Bernardinus. Nec illud silentio præter-
 eundum; Deum optimum tanti fecit in ro-
 tis hanc volubilitatem, seu facilitatem, qua à
 Spiritu sancto facillè moveri se sinebant, ut
 Ezech. 10. cum rotæ multa præclara haberent, quæ E-
 zech. cap. 10. recedat, ammirum, colla, manus,**

pennas, oculorum multitudinem; ab hac ta-
 men volubilitate nomen eis indidit: *Ei Rotas,*
 inquit, *istas uocauit volubiles audienteme,* ita
 Ezech. cap. 10. *Etenim,* inquit Guarricus ser. **Guarri-**
 4. de Assumptio. *ipsa Virgo voluntatem Patris
 in tantum faciebat. ut de ipsa prædiceret Pater
 Isa. 62. Vocaberis voluntas mea sic ille.*

8. Adde alias rationes, quibus in Virgine gra-
 tia minicè augebatur; puta in suscipiendis
 Sacramentis, quæ ex opere operato efficacia
 fuere: & eò magis, quò maiore studio, ac dis-
 positione ad ea accedebat. Nam & Sacramen-
 tum baptismi à Christo Domino accepit,
 quemadmodum teste Euthymio in Ioan. 3.
 scriptum reliquere aliqui temporibus Aposto-
 lorum proximi: & sacrosanctam Eucharistiam
 quotidie, ut pie creditur, post filij Ascensio-
 nem iumebat. Adde, ut supra dixi, gratiæ plen-
 tudinem in filij Conceptione ob admirabi-
 lem præsentiam diuini Verbi, & in aduentu
 Spiritus sancti in die Pentecostes, & reliqua,
 quæ non minus verè, quam eruditè persequi-
 tur Franciscus Suarez 3. par. tom. 2. disput. 18
 & 21. Confirmatur etiam ex immenso amore,
 quo Deus Virginem diuigebat. Unde Ansel-
 mus de excell. Virg. cap. 4. *Est ne putatis, in-
 quit, ulla mens hominis, qua modum hunc dile-
 ctionis, quam Deus ad hanc Virginem habuit,
 queat penetrare: & infra: Potestne, quaso, ullus
 hominum, aut Angelorum istius amoris immen-
 sitatem penetrare, vel dignitatis honoris illius
 quicquam cogitatu percipere comparabile? & i-
 deo vicissim B. Virgo immenso amore Deum
 prolequebatur. Bonauentura in speculo cap. 6
*Quid mirum si præ omnibus diligit, qua præ
 omnibus est dilecta.**

Cæterum hic meritorum cumulus in Dei-
 para mirum in modum est auctus ex diutur-
 na, quam post filij Ascensionem traduxit vita,
 in qua & sacrosanctæ Eucharistiæ perceptio-
 nem, & actus illos meritorios, à quibus nun-
 quam cessabat, quam sæpissime iterauit. quod
 Deipara ipsa S. Brigitiæ libro 6. Revelatio-
 num cap. 61. his verbis indicauit. *Ego post A-
 scensionem filij mei, longo tempore vixi in mundo,
 & hoc voluit Deus, ut vixi passentis vite, &
 moribus meis, plures anima conuertentur ad eum
 Apostolo Deo, & alij electi roborarentur. & etiã
 naturalis dispositio corporis mei hoc exigebat,
 quod diuinitus viseret, ut corona mea augetur.
 Nã omni tempore, quod post Ascensionem filij mei vi-
 xit, visitans loca, in quib' ipse pass' est, & mirabilia
 sua*

Rom. 8.
Ezech. 1.

S. Bernar-
 dinus.
 B. Virgo
 in Rotæ
 Ezechie-
 li signifi-
 catur.

Isa. 62.
 Virgini
 gratia in
 suscipien-
 dis Sacra-
 mentis
 aucta.
 Euthym.

illud

Summ.
 Dei amor
 erga B.
 Virg. in
 selem.

S. An-
 selmus.
 Dicitur

Frati-
 tur

S. Br.

S. Brigi-

Di-
 car

sua offendit sic quoque passio sua in corde meo fixa erat, quæ siue comedebam, siue laborabam quasi recens erat in memoria mea, sic etiam sensus mei abstracti erant à mundanalibus, quod iugiter quasi novis desiderijs inflammabar, vixissimiquè doloribus excutabar: verumtamen si dolorem temperabam, & gaudium meum, quod nihil omitebam de his, quæ erant Deo sic quog; inter homines conuersabam, quod nihil præter virtutum tenuè de his, quæ delectabilia hominum erant, attendebam, imò nec iurabam. hæc apud S. Brigittam.

Quamdiu vixerit B. Virgo. Petrus de Natalib. Ildesons. Quam Argeli, inquit, desiderabant, & cælum ipsum de eius ascensione querebatur.

Secundo, Euodius apud Nicephorum lib. 2. histor. capitul. 6. Virginem ad annos ætatis quinquaginta novem peruenisse scribit, quæ ferè eodem loco sequitur ipse Nicephorus. & cap. 21, vbi Virginem vult obijisse anno ætatis sexagesimo: quam communem esse opinionem refert S. Antonius 1. part. histor. titu. 6. cap. 3. §. 1. eanque probat Driedo lib. 3. de dogmatibus sacre scripturæ tractat. 3. cap. 4. vbi duodecim vitæ annos post Christi Ascensionem eidem Virgini tribuit.

Tertio, alij Deiparam vixisse volunt annos sexaginta tres, quam vulgi esse opinionem scribit noster Franciscus Tumanus libro 3. pro epistolis Pontificum cap. 16. quod confirmari videtur ex corona eiusdem Virginis ex globulis peccatorij confecta, & ex libro 7. reuelat. S. Brigittæ cap. 26. vbi Deipara dixisse scribitur, se post filij Ascensionem quindecim annis in mundo vixisse. Hæc videtur sententia Eusebii in Chronico, vbi anno à Christi natiuitate 48. asserit Deiparam in cælum assumptam: sed decimoquinto ætatis suæ anno illum peperit, ergo sexagesimum tertium agebat cum in cælum est assumpta, huius sententiæ est Dionysius Carthusianus libro 4. de laud. Virg. artic. 6.

Quarta denique sententia est eorû, qui Deiparam ad septuaginta duos annos vitam produxisse affirmant, supponunt enim ex cõmuni

sententia, eam in Christi Ascensione quadagesimum octauum vitæ suæ annum egisse: siquidem decimoquinto ætatis anno Christum peperit, quibus si addas triginta tres, quos Christus vixit, summam efficiat quadraginta octo annorum: ac deinde viginti quatuor annos in teris transigisse. Hæc sententia est Cedreni in compendio histor. in Tiberio: Tract. 5, inquit, sanctam animam Domino, ac filio, & Deo suo annos nata septuaginta duos, vixit ergo viginti quatuor annos post Christi ad Cælum ascensum. hæc ille. Idem sentit Epiphanius Presbyter Constantopolitanus in vita Virginis, & quidem apud Anselmum opusc. de forma, & moribus B. Virg. qui omnes viginti quatuor annos post Christi Ascensionem Virgini tribuit, & hæc quidem sententia hoc firmissimo argumento probatur: nam Virginis dormitionij Dionysius Areopagita cap. 3. de diu. nomin. se inteluisse testatur cum Apollolis, & selectissimis Apollolorum discipulis, Hierotheo, Timotheo, & alijs. Sed Dionysius Areopagita conuersus est ad Christi fidem ab Apostolo Paulo anno domini quinquagesimo secundo, quærat post Ascensionem decimus nonus, vt optime probat Cardinalis Baronius tom. 1. Annal. ad annum Christi 52. ex libro actû Apostolorum: & verisimile est aliquot annis in Christiana fide se probasse; ergo saltem ad illud tempus circiter Deipara vixit. Quòd autem Dionysius Areopagita ea quæ cap. 3. de diuin. nomin. scribit, de dormitione Virginis intelligat, probatur ex consensu Patrum Græcorum, sic enim illum exponunt Damascenus orat. 2. de dormit. Iuuenalis Patriarcha Constantinopolitanus, Historia Euthymica, quam vna cum Iuuenali refert Damascenus loco citato, Andreas Cretensis, Metaphrastes, Glycas, Epiphanius Presbyteri Constantinopolitanus, Michaël Syngeus Maximus in scholis ad Dionysium, & egregiè id probat Baronius ad annum Christi 48. contra Hilduinum, qui locum illum Dionysij de sepulchro dominico accipiendum arbitratur: & eodem modo rejicitur Mattheus Galenus in præfatione ad Areopagitam, qui de actibus Ioannis Evangelistæ ea exponit; & Ioannes Scotus, is qui Dionysium in latinum conuertit, qui in præfatione ad Carolum de CHRISTI corpore, verba illa Dionysij interpretatur, quasi Dionysius cum Apostolis Christum post Resurrectionem aspexerit;

Cedrenus.

Epiphanius.

Dionysius.

Areopagita cum alijs dormitione B. Virg. interfuit. Baronius.

Damasc.

Iuue. Cat. Cõsi. Hist. Euthym. Ana. Cret. Metaphr. Glycas. Epip. Pres. Constan. Mich. Syng. M. Baronius.

Scotus.

quod

*Baronius.
Canisius.
Suarez.
Barradius.
Castro.
Metaphr.
Glycas.*

*Virginis
gloria im-
mensitas
Patrum au-
toritate
probatur.
And. Cret.
Ildesons.*

Chrysostr.

Pet. Dam.

Hierony.

quod falsum esse conuincitur, cum Dionysius longe post Christi Ascensionem, vt diximus, Christi fidem suscepit. Cæterum quod Deipara ad septuaginta duos vitæ annos peruenit, ex recentioribus docet Cardinalis Baronius ad annum Christi 48. Canisius libr. 5. de B. Virg. capit. 1. Suarez tom. 2. in 3. par. disput. 2. lectio. 21. Barrada libr. 6. cap. 14. in hoc inclinat: Castro in vita Deiparæ cap. 20. num. 17. Et confirmari potest ex Metaphraste, qui in oratione de vita, & obitu Deiparæ, eam testatur proeecta ætate ad multam senectutem peruenisse, cui consentit Glycas libr. 3. Annal. & citat Andream Cretensem. Quæ sententia mihi maximè probatur, sic enim diutius fideles initio nascentis Ecclesiæ sua præsertia, & doctrina corroborauit, & plura sibi merita comparauit

10 Sed de immensæ gloriæ Virginis cumulo Patrum dicta afferamus & præter illos, quos supra citauimus, quorum plerique hoc quoque locupletissimè probant; Andreas Cretensis orat. de dorm. Virg. O sancta, inquit, & sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissima thesaura. Ad hunc gloriæ cumulum immensum respiciens dicebat Ildesonsus serm. 2. de Assumptio. Sicut incomparabile est quod gessit, & ineffabile donum, quod percepit: ita inestimabile, atque incomprehensibile præmium, & gloria, non dico inter ceteras sacras virgines, verum etiam ultra omnes Sanctos, quod promeruit. Chrysostr. in Liturgia eam vocat: incomparabiliter gloriosorem, quam Seraphim.

Petrus Damianus serm. de Assumpt ostendit rationem, cur Virgo dicatur: Pulchra vt luna: Virgo, inquit, inter animas sanctorum, & Angelorum choros supereminens, & cuncta merita singularum, & omnium titulos antecedit: & quantumlibet alia stella reluceant: Luna tamen magnitudine præminet, & splendore: sic vtamque naturam Virgo singularis exuperat immensitate gratia, & fulgore virtutum deinde affert rationem cur etiam dicatur: Electa vt sol. Quoniam sol, inquit, lucidius incandescens, ita sibi siderum, & luna rapit positionem, vt sint quasi non sint, & videri non possint: similiter & virga lessa veri præuia luminis in illa inaccessiblei luce prælucescens, sic virorumque spirituum hebetat dignitatem, vt sint quasi non sint: & comparatione illius nec possint, nec debeant apparere. Hoc ipsum prius significauit Hieronymus in Prologo ad Sophoniam Prophetam, vbi in com-

mendationem mulierum commemoratis aliquibus ex veteri testamento; Taceo, inquit, de Anna, & Elisabeth, & ceteris sanctis mulieribus, quarum velut siderum igniculos clarum Maria lumen abscondit. sic Hieronymus. Idem habet Basilius Seleuciæ Episcopus oratione de Annunciatione: Virgo, inquit, vniuersos martyres suo splendore tantum excedit, quantum sol reliqua astra. Bernardus sermone signum magnum; lute inquit, Maria secleribus amicta, qua profundissimam diuinam Sapientiam, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum: vt quantum sine personali vnione creatura conditio patitur, luci illi inaccessiblei videatur immergi: illo nimirum igne propheta labia purgantur, & illo igne Seraphim accenduntur: longe verò aliter Maria meruit, non velut summam tangi, sed operiri, magis vndique & circumfundi: & tanquam ipso igne concludi. Candidissimus sanè, sed & calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum: sed ne tepidum quidem aliquid, vel non feruentissimum liceat suspicari. huc vtque Bernardus. Bonauentura in speculo B. Virg. cap. 6. Ecce inquit, quam gloriosum gloria Maria prouilegium, quod ipsa in gloria gloriosissima est post Deum: gloriosum gloria & Maria prouilegium est, quod quisquis post Deum pulchrius quicquid dulcius, quicquid incandius in gloria est hoc Maria hoc in Maria, hoc per Mariam est. Gloria omniū gloria Maria prouilegium est, quod post Deum maior gloria nostra. maior nostrum gaudium de Maria est: vnde Bernardus, summa gloria est, & Maria post Dominum te videre, haecenus Bonauentura. Meritò ad Virginem Dauid Psalm. 44. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebes: quasi dicat: non tantum communes vici, sed præcipui in Ecclesia Dei, quod cap. 17. pluribus ostendemus, & peculiariter de Angelis quanta Virginem reuerentia prosequantur cap. 26. dicemus.

DEIPARA PLVS GRATIAE, ET gloria ipsa vna obtinet, quam reliquis Sancti, & Angeli simul.

11 Ad extremum circa quartum, quod in- do proposuimus, dico, valdè probabile esse B. Virginem non solum multis gradibus gratiæ, & gloriæ excedere, vt diximus, quemlibet

*Basilius
Seleucia
Episcopus*

Bernard.

Bonaue.

Psalm. 44

Cap. 17.

Cap. 26.

*Virginis
gloria em-
p. a simul
Sancti*

libet Angelorum, & Sanctorum: verum etiam ipsam vnam plures omnino gradus gratiae, & gloriae adeptam, quam sint in omnibus Angelis, & sanctis; etiam si collectiue in vnum veluti aceruum cogitatione conferatur, quod nosser Barrada libro 6. cap. 16. & Suarius tom. 2. disput. 18. sect. 4. optime probant, ad quos Lectorem remitto. Solum hic afferam rationem Suarii; qua dicit B. Virginem non minus meruisse quolibet actu suo meritorio, quam supremum Angelum actu illo perfecte libero, quo meritum consummauit: & cum totum meritum supremi Angeli non sit minus perfectum, quam sit totum meritum cuiuslibet hominis, saltem regulariter loquendo, sequitur B. Virginem quolibet actu suo plus meruisse, quam singulos Sanctos toto tempore vitae suae: sed actus meritorij B. Virginis in tota sua vita, in qua perpetuo rebus diuinis, vel propter Deum ex frequentissimo amore intendebat, fuerunt innumerabiles; & propterea semper actus sequens, quia fiebat ex intensiori habitu aucto per actum praecedentem ex toto conatu, erat duplo perfectior, quam actus ille praecedens, ut supra ostendimus; ergo gratia beatae Virginis excessit gratiam omnium Sanctorum collectiue. haec ex Suario. Hanc sententiam nonnulli confirmant exemplo Regis, cuius mater plures opes possidet, quam omnes simul famuli: atque ita Damascenus orat. 1. de dormit. *Des matris*, inquit, *Et sanctorum Dei infinitum est discrimen.* exemplo item fluminis magni, qui plus aquae in se continet, quam vasa omnia, quae in vrbem aliquam reperiuntur; Christus vero mari assimilatur, Virgo flumini, Sancti vero vasis. Quare Eccl. 2. 4. Virgo dicere poterat: *Ego quasi irames aqua immensa.* Confirmatur etiam Cant. 6. vbi dicitur: *Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Ierusalem: quasi vellet eam gratiae decore exaequare Ierusalem caelestem, quae Angelis constat, & hominibus.* Sed dicit quispiam; Virgo sanctissima pars est quaedam Ecclesiae, quamuis praestantissima, ergo non videtur excedere reliquas omnes partes collectiue sumptas. Ad quod respondemus concedendo Deiparam partem esse Ecclesiae, sed talem, quae vnuerfas alias inferiores simul acceptas admirabili sua gratia, atque praestantia excedat; eiusque praesit, cuius rei exemplum habemus in naturalibus; Coelum enim pars est orbis, sed quae reliquas

partes simul sumptas dignitate, atque magnitudine vincat, & simul illas contineat: ex Astrologis enim, ut videre est apud P. Clauium in sphaeram sacrobosci in c. 1. in fine, & apud Franciscum Maurolycum, a centro mundi vique ad conuexum Saturni, sunt semidiametri terrae 22612. ab eodem tamen centro mundi ad conuexum firmamenti intercedunt semidiametri terrae 45225. quare crassities solius firmamenti superat omnium simul inferiorum crassitiam: sed si spectemus ambitum, inuenimus adhuc solum firmamentum reliquos omnes orbis, & elementa ipsa in vnum posita magnitudine longe excedere: ita & in proposito de B. Virgine: hinc est quod Cant. 7. singula membra B. Virginis in Sulamite adumbratae describuntur, & assimilantur rebus quibusdam sua magnitudine absque comparatione excedentibus, communem hominum mensuram: *Collum enim tuum inquit, sicut turris eburnea, Oculi tui sicut piscinae in Nesebon, Nasus tuus sicut turris Libani, qua respicit contra Damasum, Caput tuum ut Carmelus, Statura tua assimilata est palma, quae inter arbores maxime est procerat, & c. 8. Vosra mea sicut turris: quoniam quae proportione Carmelus caput hominis cuiuslibet, & innumerabilium simul hominum magnitudine superat, ita caput Deiparae mysticae, & spirituale excedit alia particularium Sanctorum capita mystice accepta; & idem de aliis membris est intelligendum. Ideo in reuelationibus S. Brigittae in sermone Angelico capitul. 5. vocatur Deipara, minor mundus, quoniam ipsa vna complectitur ea, quae diuisim in alijs mundi partibus sibi inferioribus continentur, in qua, ut ibi dicitur, plures virtutes fuerunt, quam in omnibus generibus rerum quae in totius orbis amplitudine inueniri possunt. Certè S. Bernardinus Senensis hoc affirmat satis aperte como 1. conc. 5 1. art. 2. c. 10. citans illum ex Hieronymo. *Ceteris quidem partibus praestatur, Maria vero tota simul se infudit gratia plenitudo, qua fuit in Christo, quamquam aliter, & aliter.* & addit, *Nam in Christo fuit plenitudo gratiae sicut in capite influente, in Maria vero sicut in collo transfundente, ex quo, inquit S. Bernardinus, patet, quod excepto Christo tanta gratia Virgini à Domino data est, quanta vni creaturae pura dari possibile esset.* Idem tom. 2. sermone 52. artic. 3. cap. 1. dicit B. Virginem quando consensit in conceptione filij Dei,*

P. Clauium
Francisco
Maurolyco.

Cant. 7.

S. Brigitta

S. Bernardinus.

Hierony.

Tota simul plenitudo gratiae in Maria infusa.

M plus

plus meruisse, quam omnes creaturas, tam Angelos, quam homines in cunctis actibus suis: quem locum fusè capite præcedenti retulimus, & tom. 1. sermone 61. artic. 3. loquens de Virgine, *Hic est, inquit, hortus ille Assueri, qui regia manu, & cultus constitus erat. In hoc orto factum est conuiuium grande pro nuptiis, & coniunctione Esther, quam adamauit Rex Darius super omnes mulieres, & posuit diademam regni*

Esther 7.

Esther 2.

super caput eius, & voluit eam esse Reginam: istud est diadema speciei, & gloria corona, qua Virgo super Angelos coronatur, ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit euectâ, ac plus sanctissima Trinitatis dilgat gloriam, capiat sentiat, ac fruatur, quam omnis alia pura creatura simul sumpta: de cuius gloria post filium participant vniuersi, & eodem serm. 61. art. 2. cap. 3. Tantum inquit, differt gloria Virginis à gloria omnium Beatorum, quantum sol à ceteris luminariis cæli, & quodammodo sicut cetera luminaria irradientur à sole sic tota cælestis curia à gloriosa Virgine latificatur, & decoratur. Quamobrem Bernardus sermone de Assumptio, in hac sententiam, ita affirmat: Itaque gloriosa Virgo dum caelos ascendit, etiam superiorum gaudia Ciuum copiosis augmentis cumulauit. hæc sanctus Bernardinus, & capite præcedenti citat etiam S. Bernardum dicentem: Maria præsentia totus illustratur orbis, ut ipsa iam cælestis patria clarius rutilet virginea lampadis illustrata fulgore, & capitul. 2. dicit: Virginem super omnes inferiores ordines tam hominum, quam Angelorum simul sumptorum impropotionaliter esse prælatam: & quicquid est gloria in omni inferiore glorificata natura, tam angelica, quam humana, multò præcellentius esse in Virgine matre Dei. Idem tom. 3. sermone 11. articulo 2. capitul. 1. Virginem beatam, inquit, vocans Requiem Christi Psalm. 131. non tantum, quia in ea nouem mensibus requieuit, verum etiam, quia plus per quietum amorem requieuit in ea, quam in tota alia creatura rationali. sic S. Bernardinus, Et Petrus Damianus ioprà citatus, Virgo, inquit, inter animas Sanctorum, & Angelorum choros supereminens, & suecâ, singulorum, & omnium titulos antecedit, ubi non tantum singulorum, sed etiam omnium addere non dubitauit.

Bernard.

Pes. Dam.

Inuocatio 13. Hanc sententiam confirmant pleræque gloria bea ex auctoritatibus suprà allatis, illæ præterea, iustissima Vir quæ gratiam Virginis dicunt esse immanentis adiû lam. Ita Epiphanius orat. de laud. Virgin.

Damascenus orat. 2. de dormit. Virgin. *Virgi- bratur, nem pretiosum thesaurum, qui vitam suscepit, a- Epiphanius byssum gratia appellat. Hidesonius sermone 2. Damasc. de Assumptione. Sicut est, inquit, incompara- illeus, bile, quod gessit, & ineffabile, quod percepit: ita est incomprehensibile primum, quod moruit, Andreas Cretensis oratione de dormit. Tam- And. Cr. tam dicit præesse gloriam Virginis, ut quia nec discerni possit, honoretur silentio. & infra: Qua habes, inquit, cum alijs non comparabilem appellationem, qua excepto Deo solo es omnibus alior. idiota libro 6. Sanctorum, inquit, omnia privilegia, à Virgo, omnia habes in te congesta, nemo equalis est tibi, nemo maior te, nisi Deus. S. Anselmus de excell. Virgin. capitul. 8. Immanis inquit, gratia, ac gloria, & felicitatis tua considerare cupienti, à Virgo, sensus deficit, lingua fauiscit. Bernardus sermone 4. de Assumptione testatur ineffabile esse præilegium meritorem Maria: & sermone de Natiuitate Virgin. de Aquæductu: Christum dicit esse fontem vitæ, B. Virginem Aquæductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens, nobis edidit illum, & suprà dixerat: Plenum Aquæductum, quia Virgo gratia plena, ut accipiant ceteri de plenitudine Aquæductus, sed non plenitudinem ipsam. hæc ex Bernardo, S. Bonaventura in speculo Virg. capit. 7. in fine applicat B. Virgini illud Ecclesiast. 42. Gloria Domini plenum est opus eius: Hoc enim opus, inquit, plenum est dominica gloria, quia supra omnem puram creaturam resultat, & relucet plenissimè in Maria: nam præter assumptam à verò naturam, nullum est opus, nulla est creatura, in qua tanta diuina gloria materia reluceat, sicut in Maria: Anselmus de Conceptione Virgin. capit. 18. Decens erat, ut ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. Quod Dionysius Carthusianus lib. 1. de laudibus Virg. articulo 14. dicit, verum esse, non quia Deus absoluta potentia non possit maiorem præstare gratiam alteri: sed quia neque decet, neque fiet; tum quia eius sanctitatis magnitudinem apud plenum in hac vita præterenti apprehendere non valeamus, etiam si loquamur de sanctitate, quam in terris adepta est: Incomprehensibilis enim (ut ait sanctus Ambrosius) incomprehensibiliter operabatur in matre: Ambrosius tum quia post vniouem hypostaticam nihil præstantius potest homini conferri, quam ut Desparens existat: tum qui amplioem alicui imperitari neque decet, neque, consingit, & turis: Quo-*

Caribuf. *niam Maria sanctitas, iuxta praedicta, infinita est: hęc ex Dionysio Carthusiano. Idem etiam eodem libro art. 8. Palam, inquit, est Christum sine mensura omnis gratia plenitudinem sortitum: huic plenitudini, gratiaq; infinita Maria vehementer appropinquat. Hęc ille B. Laurentius Iustinianus sermone de Assumpt. Merito quicquid honoris, quicquid felicitatis habebatur in singulis, totum abundat in Maria. Hoc idem confirmari potest Petri Comestoris scholasticę historię Magistri versibus, quos refert S. Antoninus 3. p. histor. titul. 18. cap. 8. quibus Virginis dignitatem, naturę ingenio minime explicabilem, sic prędicat.*

Si fieri posset quos arena pulvis, & vnde, Vndarum gutta, rosa, gemma, lilia, flamma, Aethera, caelicola, nix, grando, sexus uterque, Venorum, penna volucrum, pecudum genus omne, Sylvarum rami, frondes, avium quoque penna, Gemma, ros, stella, pisces, aques, & arista, Et lapides, mōtes, conualles, terra, dracones, Lingua cuncta forent: minime deprimere possent, Quę sit, vel quanta Virgo Regina Maria: Quę tua sit pietas, nec littera, nec dabitur tuis.

Nec tamen propterea æqualem facimus gratiam B. Virginis cum gratia Christi, quę longę superat B. Virginis, & omnium aliorum gratiam, etiam si in vnum coaceruentur, Christo enim Ioan. 3. *Non est datus spiritus ad mensuram, & de plenitudine eius ipsa Virgo, & nos omnes accepimus.*

14 Denique ad gloriam Virginis d. clarandam dico cum Suarez tom. 2. disput. 2. sectio. 3. & 4. probabile esse illam videre in Verbo quicquid omnes Angeli, & homines puri:

item quicquid videt Deus scientia visionis, *videns* ijs exceptis, quę singulariter ad Christum, & *Deipara.* ad interiores animę eius cogitationes pertinent, quās sine manifestatione ipsius Christi non existimat à Virgine cognosci: & præterea ob filij Dei generationem sanctissimam existimat Suarez, Virginem habere singularem, & admirabilem splendorem, vel aliquid aliud, quod sit velut insigne diuinę maternitatis, & regię dignitatis in omnes Beatos: ipsam enim esse omnium Reginam iam capite superiori probauimus. Ex hac maxima altitudine Deiparę inferitur, ipsam longę perfectius, quàm Angelos supremę hierarchię rationes rerum cognoscere in Deo. cum Virgo à nullo Angelo, nec Sancto (quippe qui inferiores sunt ea) illuminetur, imò ipsa illuminet eos, vt c. 33 dicemus.

Atque hęc de situ altissimo huius diuini Throni beatissimę (inquam) Deiparę, quę supra puras creaturas ad eò exaltata est, vt merito Bernardus sermone 4. de Assumpt. *Bernard.* Et ipse, inquit, *caelestis curia principes in consideratione tanta nouitatis clamant non sine admiratione. Quę est ista, quę ascendit de deserto delictis affluens: nec enim partes inueniuntur delictię, vel in nobis, quos in Cruisate Domini laticat fluminis impetus, qui a vultu gloria, voluptatis gloria potamur.* Ideoq; à S. Ioanne Apocal. 12. sub typo mulieris amictę sole, lunam sub pedibus, in capite verò coronam stellarum duodecim habentis, appellatur signum magnum in cęlo, vt capit. 31. dicemus. Quę *Cap. 31.* ita se à nostrę mentis oculis subduxit, vt vix ad tantę maiestatis sublimitatem admiratione sublati pertingamus: igitur quam ne admiratione quidem possumus intueri, dejectis oculis humili saltem veneratione celebremus; & exacta prima parte tertij argumenti, ad alteram quę est de firmitate huius diuini Throni transeamus.

VIRGINIS PURISSIMÆ DEIPARÆ PERPETUA
impeccabilitas, quam Dei beneficio est consecuta: ex qua huius Diuini
Throni perpetua in Deo firmitas
apparet.

CAPIT. VII.

SVMMARIVM.

Deipara nullum admisit peccatum actuale.

numero 3.
Deipara non contraxit peccatum originale.
numero 4.

M 2

Sym-